

Questio Secunda. Articulus Quartus.

per totam horam est calefactum incipiat per totā horam. Tandem frigescere negatur antecedens.

Per secundū negatur sequela. Et ad alid dictum sit in sexto. Si queratur an hora habeat ultimum instans sui esse dicendum quod non. Sed contra in instanti medio verum est dicere quod tota hora est cathegoreumaticē et post illud instans tota hora non immediate erit quia iam una pars est preterita unde immediate post hec solum erit una pars et non tota medietas. Quidam dicunt quod licet non immediate post hoc tota hora erit sicut nec totus celi immediate post hoc erit. Tamen immediate post hoc verū erit dicere tota hora est cathegoreumaticē. Rite dicatur de ista sortes incipit pertransire spaciū de cem leucarum vel dicitur quod cathegoreumaticē immediate post hoc tota hora erit sed an hec est vera hora est in isto instanti quod hora non mensuratur isto instanti. Itē omnes hore sunt eiusdem speciei ergo si ista est in isto instanti tunc omnes possent esse in isto instanti quod est contra naturā successivi. Itē linea non est in puncto ergo nec hora in instanti indivisiibili nec sufficit ad tempus esse quod instans sit quia tunc hora preterita et futura essent similē. quando instans medium est.

Ad tertium concedo aliqua habere ultimum instans sui esse loquendo de accidentibus que non subiunguntur temporī quia tamen voluntas hominis forte per accidens subiungitur temporī: ideo actus voluntatis non habet ultimum instans sui esse: ideo homo non potest desistere ab actu immediate postquam ipsum eliciuit. Secus est de angelo qui potest precise velle per instans nec necessario continuat actum. Sed contra sequeretur quod angelus haberet meritum infinitum supposito: quod mereatur per totam horā quia in quo libet instanti haberet nouum meritum propter liberal continuationem. Dices quod angelus post unum meritum fit extra viam.

Ad quartū vide quod non sit inconveniens ista accidentia habere ultimum instantis sui esse secus aut est de substantia. Sed contra phis dicit quod etiam in accidentib⁹ instantis transmutationib⁹ attribuendū est posteriori passioni. Dicendum quod visio non fit per transmutationē siue motū ali⁹ dicunt quod quoniam visibile approximatur oculo sortis non datur primum instans visionis. Et de hoc primo celi et per hoc patet ad quintum.

Ad sextum dico quod accidentia non proprie desinunt esse. Nec corrumptur ut dicit. S. L. p̄ia scđe. Si tamen concedatur quod desinunt esse non inconvenit quod aliqua accidentia marie relativa habeant ultimum instans sui esse. Et per hoc patet ad septimum. Dico tamen quod quoniam desinunt esse per primum positivū tunc desinunt per primū instans non esse quia actus voluntatis in instanti. Sed contra actus voluntatis qui est peccatum mortale prærequirit deliberationē vel errorē quod incidit in conferendo vel inquirando ut dicit. s. t. d. ve. q. xxix. ar. viii. ad scđm. sed deliberatio et discursus requirit tempus ut p̄z et s. t. i. iii. d. xvii. q. i. g. non voluntaria in instanti negat quāna ar. v. q. iii. ad primum. Itē ibidem dicit. q. ii. ad scđm quod actus hominis tempore mensurantur et actus voluntatis non fit in instanti. Dicendum quod aliquā primum mortale fit sine deliberatione ut quodā dicunt de pētō primi angelī alias errorē præcessisset peccatum sed si ad mortale non requireretur delibratio tunc primi motus essent mortales vide. s. t. i. ii. q. lxxviii. ar. vi. ad tertium. et q. xxxi. ar. ii. vbi dicit quod duplēciter aliiquid est in tempore primo secundum se secundo per accidens et hoc bene est in instanti. alias patent et similia in ea. deinceps.

Dic quartum sic proceditur videtur quod non omnē quod reflectitur in puncto reflexionis quiescat per argumentum cōē quādo faba p̄scitur contra lapidem molarem descendente tunc enim faba non quiescit in puncto reflexionis quod alias sequet quod lapis molaris etiam quiesceret quod faba non reflectit donec veniat usque ad lapidem molarē si et tunc quiescat secundū p̄ aliquod tempus sequitur quod lapis ille quiescat per idē tempus qui tamen grauissimus est. Hic dicit silvester quod quidā pro una faba multum fatigantur unde dicit fabam quiescere ante quod veniat ad molarem ab aere impulso. Cōtra ponatur quod molaris lēte descendat et sagitta impetuose mittat cōtra ipsum tunc p̄t quod non quiescit donec tangat lapidem. Itē ponat quod nunc lapis ille incipiat moueri et sit nūc primum instans cōtact⁹ fabe tūc patet quod ipsa non quiescit igit̄ nec nūc potest dari quod prius quieverit propter impulsum aeris. Alij dicunt fabā tūc quiescere p̄ instans sed hoc est cōtra phi. in sexto. nihil enim quiescit in instanti rationes etiam phi. probant rem quiescere per tempus quoniam reflectitur si dicas faba non mouetur per se quando descendit contra lapis per se facit eam descendere sicut sortes ascendere licet sit agēs extrinsecum sed contra est philosophus.

Respondeo dicendum quod hic principaliter loquimur de motu recto et est motus rectus qui fit super lineam breuissimam. Et ostendendo quod iste non potest esse cōtinuus ostenditur quod solus circularis sit cōtinuus et infinitus. Maxime autem videtur motus rectus esse cōtinuus per reflexionem. et ideo contra hoc ponitur conclusio talis.

Conclusio prima impossibile est motum reflexum cum primo cōtinuari probatur rationibus naturalibus. Et deinde logicalibus. Prima ratio ipsa possibile est contraria ad inuicem cōtinuari. Sed illi motus sunt contrarii. ergo. Major patet: quia ad cōtinuitatem motus tria requiruntur scilicet unitas temporis unitas mobilis et unitas forme secundum quod est motus. Sed contraria specie differunt ergo impossibile est contrarie ad inuicem cōtinueri. Minor probatur nam motus contrarii sunt quorum termini sunt contrarii. Sed motus reflexi et primi motus termini sunt contrarii. Nam in locis sunt sex differentie positionum ad inuicem contrarie scilicet sursum deorsum ec. Hodo omnis reflexio fit supra aliquam istarum differentiarum ut si motus precedingens erat sursum reflexio erit deorsum et sic termini illorum sunt contrarii. Item probat philosophus a signo. Nam isti motus inuicem impediunt et cessare faciunt. Siue sint supra lineam rectam siue in circulo ergo contrariantur. Non est tamen intelligendum quod motus circulares proprie contrariantur: quia quamvis sint a terminis contrariis non tamen secundum lineam breuissimam sed magis discordant repugnantes cum mutuo se impedian. Secunda ratio illi motus non sunt cōtinui inter quos mediat quies. Sed inter primum motum et reslexum mediat quies in puncto reflexionis igit̄.

Pro declaratione minoris supponit primo quod tria sunt in magnitudine scilicet principium medium et finis et medium licet sive numero tamē est duo secundū rationē scilicet finis precedentis et principium sequentis. Supponitur etiam quod aliud est esse in actu et aliud esse in potentia. Et ideo cū dicitur aliqd cōtinue moueri ab extremo in extremū magnitudinis medium magnitudinis non est principium neque p. iij.